

dispari, quo ad corpus idem planè quod cecidit, sunt resurrecturi.

1. Cor. 15.  
toto.

20 Ultimum & extremum iudicium est, quando Jesus Christus propriâ vi & potentiâ, voce Archangeli & clangore tubæ mortuos excitabit, & sicut spectantibus Apostolis visibiliter in cœlum ascendit, ita illinc stipatus Angelis, visibiliter redibit, & in sua majestate & gloria appa-  
rens, totum mundum iudicabit *a*.

*a* 1. Thes. 4.  
v. 13. usque  
ad finem.

2. Thes. 1. v.  
5. & dein.  
& c. 22. to-  
to Daniel.

12. 2. Pet. 3.

21 In universali autem illo & solenni iudicio omnes omnium hominum cogitationes & actiones revelabuntur, justi ab injustis separabuntur, & latâ de omnibus per iudicem sententiâ, oves ad dextram statutæ, in regnum cœlorum assumuntur, hœdi verò ad sinistram collocati, cum diabolis in æternas pœnas abjicientur.

*b* 1. Cor. 2.  
v. 9.

*c* Dan. 12.  
v. 12.

*d* 1. Cor. 13.

*e* Matth. 22.

v. 30.

22 Superest terminus ad quem, qui est plena gloriæ cœlestis beatitudo, nobis ineffabilis; & vitæ æternæ possessio, nobis inexplicabilis *b*. Hoc tamen ex scripturis scimus, quòd omnes Christi cohæredes sunt plenâ beatitudine felicissimi futuri, omnes in conspectu Dei instar solis fulsuri *c*, omnes Deum sicut est visuri *d*, omnes vitam divinam & cœlestem cum Christo & ejus Angelis victuri *e*, omnes in secula seculorum cum Christo Jesu capite & spon-  
so glo-